

tinente, longissimè à littore Succinum reperiatur? quare & eadem
lege, Deorum munere, ut è mari nata, Apollini cessit, quam tan-
quam coniugem suam Rhodum olim, nunc adamat. Non potest
Sol Prussiam perinde radijs rectis pertingere, ac Rhodum? fateor,
sed hoc alijs multis compensat modis, & quod in Rhodo radiorum
rectitudine præstat, hoc in Prussia morâ tuâ supra horizontem ef-

Succinum in ficit. Deinde Succinum Dei peculiare esse donum, quòd hanc in-
Prussia.

primis regionem ornare voluerit, neminem negaturum puto. Imò
si Succini nobilitatem, & usum, quem in medicinis habet, quis
perpenderit, non iniuria Apollini sacrum iudicabit, eiusq; adeo
munus egregium, quo Prussiam coniugem suam tanquam pretio-
sissimo ornamento magna in copia donet. Cumq; Apollo præter
artem medicam, & *μαρτικήν*, quas inuenit primus, & coluit, stu-
dio etiam venandi teneatur, videtur hanc regionem præ cæteris
omnibus elegisse: Et cum longo tempore antè præuideret immanes
Turcas Rhodon suam deuastatuos in has parteis sedem suam tran-
stulisse, atque huc cum Diana sorore commigrasse, vero non vide-
tur absimile. In quascunque enim parteis oculos vertas, si sylvas
consideres, viuaria, quæ Græcis *παράδεισοι* sunt, & apiaria; ab
Apolline confita dices. Si arbusta, & campos, eorundemq; lepora-
ria, & ornithones: si lacus, stagna, fontes, Dianæ sacra dixeris,
Deorumq; piscinas. Atque adeò Prussiam præ alijs regionibus ele-
gisse appareat, inquam, ceu suum paradisum. Præter ceruos, da-
mas, vrsos, apros, & id genus alias, vulgo notas feras; vros etiam,
alces, bisontes, &c. quos alibi locorum vix reperire est, inueheret.
Ut interim silentio præteream plurima, & ea rara admodum avium,
nec non piscium genera. Proles autem, quam Apollo ex Prussia
Coniuge suscepit sunt, Regius mons, sedes illustrissimi Principis,
D. Domini Alberti, Ducis Prussiæ, Marchionis Brandenburgensis,
&c. omnium doctorum, ac clarorum Virorum nostra ætate
Mœcenatis. Torunna, olim emporio, nunc verò Alumno suo
D. Praeceptore meo satis clara. Gedanum Prussiæ metropolis, sa-
pientia, & Senatus maiestate, opibus, & renascentis rei literariæ
gloria conspicua. Varmia collegium multorum doctorum, & pio-
rum Virorum, clara reuerendissimo D. Domino Ioanne Danti-
fco, eloquentissimo, & sapientissimo Praefule. Marienburgum æra-
rium

Nicolao Co-
pernico.